

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Simon Paulli Georg Krugk

Disputatio Inauguralis De Apoplexia

Rostochi[i]: Pedanus, [1635]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729708616>

Druck Freier  Zugang



R U. med. 1635
Simon Paulli. Mav.
Georg Kriegk resp.

TATIO INAUGURALIS

De

DPLEXIA,

Quam

INDUCE & LUCE,

Decreto & Consensu

mag Facultatis Medicæ in

à Roseti Balthici Academiâ,

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi

ONIS PAULLI MED. D.

S. PUBLICI & ORDINARIJ,

ceptoris ac Fautoris sui ætatèm

honorandi;

ndâ summâ Artis Asclepiadæ

laureâ

s matutinis & pomeridianis

In Acroäterio majori

am Martii Anni M DC XXXV.

proponit

RGIUS Krugk Isennaco-

Thuringus.

ROSTOCHI,

CHIMIPEDEANI, Acad. Typ.

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
APOPLEXIA,

Quam
TRINUNO DUCE & LUCE,

Decreto & Consensu

Amplissimæ Facultatis Medicæ in

Inclitâ Roseti Balthici Academiâ,

SUB PRÆSIDIO

Viri Clarissimi & Excellentissimi

Dñ. SIMONIS PAULLI MED. D.

AC PROFESS. PUBLICI & ORDINARIJ,

Dn. Præceptoris ac Fautoris sui ætatèm
honorandi;

Pro prensandâ summâ Artis Asclepiadæ

laureâ

Horis matutinis & pomeridianis

In Acroäterio majori

Ad quintum Martii Anni M DC XXXV.

proponit

M. GEORGIUS Krug^f Isennaco-

Thuringus.

ROSTOCHE,

Litteris JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.

ILLUSTRISSIMO, CELSISIMO,
PRINCIPI ac DOMINO,
DNO. JOHANNI ERNESTO,
Duci Saxonie, Julie, Clivie, &
Montium,
Landgravio Thuringie,
Marchioni Misniae,
Comiti de Marcâ & Ravensburg,
Domino in Ravenstein, &c.
PATRI PATRIÆ BENIGNISSIMO,
PRINCIPI ac DOMINO MEO CLEMEN-
TISSIMOS
ut &
NOBILISSIMO, ADMODUM STRE-
NUO & MAGNIFICO DOMINO,
DNO. HEINRICH von Dannenberch/
Brunswicensi & Lunæburgensi Consilia-
rio intimo,
Principatus Grubenhagenensis, nec non
Episcopatus Hildesiensis, Satrapæ gra-
vissimo, dignissimo,
MEO COENATI & PATRONO MEO MAGNO;
Solemnè hasce pagellas
in submissæ & devotæ subjectionis tesseram,
Debitæ & honorificæ observantie indicinam
Offero, dico, dedico, & perpetim sacras esse volo
M. GEORGIVS KRUGF A. & R.





De

APOPLEXIA DISPUTATIO INAUGURALIS.

Æ, meo non solum arbitratu,
sed omnium, quantum sunt, qui fando
quid de bonis literis acceperunt, Pater o-
mnis virtutis, rerum humanarum perspi-
caciissimus æstimator, fons ingeniorum,
Poëtarum vertex dictus, *Homerus* scilicet, optimè, sub
Idomenéi personâ, omni populo consuluisse videri po-
test, dum *Iliad.* XI. Machaöne sancio, suadet, ut Nestor,
dictum factum, curru eundem avehat, quo illius, ceu
pastoris populorum, maxima cura habeatur,

' ἵππος γε ἀνὴρ μλῶν ἀριζεὶσθαι αἱλῶν;

Qui enim, non dicam, non anteponendus est multis
aliis, re, non verbis Medicus, ut Hipp. habet in Lege, sed
penè ex communi omnium omnino hominum censu
planè eximendus, quem ιωάννης ipius, οὐδὲν οὐδὲν μαρτυρεῖ,
appellat? Quippè Artis præstantiæ excellens, in intima
Naturæ adyta, acri judicio, ingenio alacri, penetrat,
quicquid naturale totus terrarum orbis in vastissimo
suo gremio coërcet, καθιδωματινού rimatur; mineralium in
intimis terræ cavernis latitantium; plantarum in spa-
tiosis terræ campis pubescentium; animalium, in terrâ,
aquâ, aëre, viventium, imò variarum aëris temperie-
rum, manifestè ambientium; variarum stellarum & sy-

A 2 de-

derum, occultè influentium ; naturas, qualitates & effe-
ctus expiscatur : apprimè, miram animalium, præsertim
planè divinam hominis fabricam perscrutatur ; insuper,
in quo consistat sanitas, quid & quotuple morbus, quæ
symptoma, quæ caussæ ; quibus item ista conservetur,
& hæc omnia vel præcaveantur, vel abigantur, aut Deo
& Naturæ committantur, novit & prævidet, juxtaque
præviam istam *μάνιον*, operationes suas instituit, quæ du-
dum, præterière, tanquam præsentia, commemorat,
quæ nondum venere, veluti jam præterierint, prænun-
ciat, quomodo omnia & singula, quæ universi hujus Ar-
chitectus, nostri causâ condidit, ad salutem & incolu-
mitatem prudenter accommodanda, demonstrat, natu-
ram stantem stabilit, labascentem fulcit, jacentem eri-
git, hoc est, sanitatem, quæ sublunaribus, ad unum o-
mnibus, ipsâ veritate teste, palmam præripit, quamdiu
possibile est, præsentem sartam tectam conservat, absen-
tem postliminiò quasi revocat. Quid quæsò, per Deum
immortalem ! ex cunctis rebus humanis, ad benigni Dei
potestatem, & potentis benignitatem accedere possit
propriùs ? Hæc qui præstare potest & præstat, næ similis
Deo inter homines esse videtur. Dedita quidem operâ,
manibus pedibusque, remis velisque, quod dicitur, eò
contendimus omnes philiatri, ut modò dictum finem,
ex sententiâ affectemur : sed quia *χαλεπὰ τὰ καλὰ*, ut Pla-
to in Cratyllo habet, sicubi coecutiamus, cespitemus, la-
bamur, *homines nos esse*, cum Terentio, ipsi méminerimus.
Quibus præmissis, rectâ (utinam modò, quod olim mo-
ris erat, *FELICITER & AUSPICATÒ*) *Θεοὺς οὐ παλάμε*,
ut cum Pindaro loquar, opus aggredior, & ex multis
materiis Medicis, certam aliquam eligo, eamque thè-
sium

sium habitu indutam, in publicum produco. Disputatus itaque de Apoplexiā, primò quid sit secundum *vocem & rem*, deinde quæ ejus *causæ*, Tertiò *differentiæ*, Quartò *Signa*, Quintò quæ *præservatio*, & demum *quando & quæ Curatio*, omnia pro ingenii modulo, pingui Mīnervā, summa sequens *fastigia rerum*, secundum Dogmati-
corum scita & placita, ita tamen, ut

Nullius videar jurâsse, in verba Magistri,

explanare conabor, rogans, cum Attio,

Cives, omnibus faustis augustam adhibeant

Faventiam, ore obsecna dicta segregent.

SECTIO I.

De Quidditate Nominis & Rei Apo- plexiæ.

THEISIS I.

Nomen affectus explicandi quod attinet, dicitur usitatissimâ voce *Apoplexia*, ab ἀποπλευτική vel ἀποπληγματική, quod est, graviter percutor, perterrefio: Hinc ἀποπληγμένος, quasi dicas, graviter, & veluti uno iictu, percussus & prostratus. Genere igitur Achaica vox, in Latinitatis forum hodiè recepta, & veluti civitate donata est. Imponitur vero, per insignem & significantem admodum Metaphoram, ab Ethnicorum victimis desumptam. Cædebant quippe olim ante aras Ethnici animalia sua, ad victimas, ita, ut uno iictu universim corruerent, unde Poëta:

*Victima, quæ dextrâ cecidit viatrice, vocatur,
& nonnulli, victimas, quasi uno iictu mactatas, harilo-
lantur dictas.*

II. Hipp.

II. Hippocrates, inter alios locos sect. 8. Aphor. 51.
Αφωνίας vocat, ubi ait: ὁγκοῖσιν ὑγράντοιν ὄδηνας γίνονται
ἴξαί φυγεῖσι τῇ πεφαλῇ, καὶ οὐδεχεῖναι ἀφωνίας γίνονται, οὐ μέγε
χειν, διπλανήται εἰπεῖσθαι ἡμέρην, λόγῳ πυρετοῦ ὅπλαζῃ, de
quo consule Galen. in l. d. & Aph. 5. sect. 5.

III. Latini vocant 1. Syderationem, ob effectum, prouf
sydera agere creduntur, repentinum, & cum impetu fa
ctum, aut, quia ægri, quasi fulmine tacti, & percussi,
concidunt. 2. Morbum attonitum, ab attono, quod apud
Ovidium, & alios, est σκότωσις, obmutesco, ich erstim
me/ item, ictu consternor, seu perturbor. Quia, quem
admodum vicini fulminis casus, & tonitruum sonitus,
obmutescit, consternationem & perturbationem
inducit: ita & hoc affectu, & corpus, & mens stupet, ut ait
Cornel. lib. 3. de re Med. cap. 26. 3. Universalem Paralyssin,
quia resolvuntur omnes functiones animales.

IV. Teutones nostri appellant: Den Schlag / Die
Hand Gottes.

VI. Nos, primo, impræsentiarum, & Græco Latino
illo nomine: *Apoplexia*: utpote convenientissimo, con
tentii, reliquis omnibus sponte nostrâ abstinebimus.

VI. Accipitur verò rō *Apoplexia*, apud Veteres, non
semper, pro stupore mentis & corporis, ut Celsus lib. 3.
cap. 26. innuit, sed, interdum pro stupore unius vel aliquot,
non tamen omnium corporis partium, ut expressè ha
bet Hippocrates, Sect. 7. aphor. 40. λόγοι γλῶσσα ἴξαί φυγεῖσι
ἀρετῆς γίνεται, η διπλανήται η τοδ σώματος μελαγχολικέται
τοιστο γίνεται: interdum verò pro resolutione omnium corporis
partium, hoc est, privatione sensuum omnium & motus,
nec non respirationis læsione, ut colligi potest ex aph. 42
sect. 2. Hippoc. ubi inquit: Λύεται διπλανήται λόγοι γί
νεται

duab*er*. à Thére*ce* d*e* o*v* p*h**ys**ic**o**r*; & óptimo ejus interprete,
Galen*o* in h. l. & alibi passim.

VII. In posteriore acceptione, vicissim dupliciter sumitur 1. pro Morbo. 2. pro Symptomate, ut dilucidè assentit Liddel. lib. 3. Art. Med. c. 2. pag. 189. Et probatur ex Galeno lib. de tot. morb. temp. c. 5. p. m. 359. & l. 3. loc. aff. cc. 7. & 10, nec non aliis locis sexcentis.

IIX. Pro morbo, in genere, nihil aliud est, quàm *άλγησις ωδεία Φύσης ἐφέγγεια θλάψεων*. In quo verò Dispositionis illius natura in specie consistat, cujus sit, & quæ *ἀρέψεια* lèdatur, ex sequentibus patescit. Et hanc Apoplexiā morbum, apoplexia, symptoma, veluti *umbra suum corpus*, effectus suam *caussam* sequitur.

IX. Pro Symptomate, generatim loquendo. nihil aliud est, quàm affectus, seu accidens quoddam, præter naturam, in quibusdam, quæ extra constitutionem partium, ad actionem necessariam, sunt, aliquid aliud, præter naturam, sequens. Quæ autem in specie affectus illius ratio formalis, quæque illa, in quibus sit, & quid illud præter naturam, quod, tanquam consequens, suum antecedens, sequatur, itidem ex iis, quæ dicenda restant, evadet manifestius.

X. In postremâ tantùm acceptione heic, in primâ sect, sumemus, in subsequentibus, pro re natâ, & exigentis necessitatis ratione, modò in hac, modò in illâ, usurpábimus.

XI. Est autem, ita usurpata, formaliter, & præcisè nihil aliud, quàm concidentia illa *attonita*, quæ Galeno l. supra d. de tot. morb. temp. cap. 5. pag. 359. *νανιπλωσ* appellatur, h. e. functionum animalium, tām principalium, quàm non principalium omnium, ablatio, seu, ut verio

XI. Componitur in Aphorism. 42. scit. 2. loquitur, privatio, cuius natura & essentia tali definitione potest explanari.

XII. Apoplexia, est functionum animalium, ad unam omnium, tam sensuum, quam motus, cum lesionis principum facultatum, in coro corpore, derepentina privatio, respiratione saltem quadam tenus interdum salvâ, à spirituum animalium, in organa istarum functionum naturaliter alias influentium, absentia, esse habens.

XIII. De Definito nihil addo. Definitionem quod attinet, est illa perfecta accidentis. Generis vice fungitur: privatio derepentina: quæ modum laesione continet, respectu diversarum tamen functionum, diversimode sese habentem. Differentiae loco ponuntur: 1. Actiones partium, quæ instar subjecti, & sunt Functiones animales, in toto corpore, omnes, motus sc. sensuum, facultatum principum, respiratio. 2. Causa proxima, immediata, prima, & propter quam, quæ est animalium spirituum, in istarum functionum organa influentium, absentia.

XIV. Quod verò Apoplexia, (prout h. l. de eä sermo est) doceatur, quod sit derepentina actionum sensus & motus, in toto corpore, privatio, respirationisq; depravatio &c. insuper antesignanum Galenum habeo, qui comm. in aphor. 42. scit. 2. & c. 3. lib. de differ. Symptoma, hoc nos docuit.

XV. Quod autem isthæc omnia dependeant à spirituum animalium, in functionum organa influentium, absentia, ex placitis Galeni, illiusque optimis, quas adferre solet, rationibus constat.

XVI. Etenim, nonne ipsam veritatem loqui audimus, dum, ipso interprete usa, hic secundo aphorif. 45. doceat, quod

quod omnes Apoplexiæ, siant, vi animali, non potente defluere ad partes infra caput existentes, & Aph. 45. sect. 5. d. quod Apoplexia ob omninodam carentiam, illius potentie, quæ ad nervos defluit; generetur: ubi, ut & in aliis, modò citatis locis, more Medicorum, facultates, non ratione essentiæ, sed operationis, æstimantium, vim animalem, & potentiam, ad nervos defluentem, nominat; *ἀποπλευτικός* tamen, propriè & Philosophicè loquendo, ipsam animæ facultatem animalem, nullo modo, circa veritatis jaēturam, & absurditatis notam, sed nihil aliud, nisi dictos animales spiritus, intelligere potest.

XVII. Ratio est: Quia *εὐδηλούς* extra omnem controversiæ & dubitationis aleam: Privative oppositorum privatiæ oppositas esse causas. Jam autem, animalium actionum omnium sec. nat. causa est animalium spirituum in organa actionum legitimè influentium, præsentia. Quidni igitur, & animalium actionum abolitarum, præter naturam causa sit, eorundem spirituum absentia?

XIX. Dicis, cur inter functiones animales sola respiratio interdum quodammodo salva manet, reliquis omnibus læsis & abo-
litis? Resp. Ob summam ejus & inevitabilem ad vitæ conservationem, mortis dilationem, necessitatem, con-
fer Galen. in aph. 42. sect. 2. & 3. l. aff. 10.

XIX. Quale symptomata Apoplexia? Quod læsarum actionum appellant.

XX. Quale esse habet? Non tantum objectivè in intellectu, ut Chimæra, quæ
Iliad. 7. Περίθε λέων, ὅμηρος δὲ Δερίκους, μέσην τιχίμηρα,
Meram. 6. Primaleo, postrema Draco, media ipsa Chimæra.
sed & extra, in rerum naturâ. Attamen, velutieclipsis in Macrocosmo.

B

Vc.

XXI. Verum, haec fortasse nimis scrupulosa, & ex
alius disciplinæ sphærâ, in Medicorum arenas & circu-
los prorupisse videri possunt: proin ea porro exesse ju-
bebo, ad alia properans.

SECTIO II.

De Apoplexia Caussis.

THESES I.

DE Quidditate Nominis & rei Apoplexiæ, ~~ου μηδε-~~
~~μηλικάς~~ acceptæ, hactenus dictum, ubi inter alia si-
mul de ejus differentiâ, item, de caussâ proximâ, pri-
mâ, & propter quam, spirituum videlicet animalium,
in functionum organis, absentiâ, injecta fuit mentio,
quæ omnia, plurimùm quidem momenti ad distinctio-
rem, & accuratiorem affectus illius cognitionem habe-
re, parum verò ad curationem obtinere concedimus.
Ulterius igitur progressi, ad magis practicabilia, indaga-
tionem caussarum absentiæ illius spirituum devenimus.

II. Id verò pomum illud Eridos est, contentio-
num & concertationum feracissimum, ob quod maxi-
mæ & acerbissimæ lites, à multis seculis, ad ravimusque
in hunc diem agitantur.

III. Antesignanus & Coryphaeus noster *Galenus* ait:
Fieri ex obstructione principum cerebri ventriculo-
rum, à pituitosi, frigidi, crassi, aut viscidii succi multitu-
dine, affatim implente, ut videre est ex 2. de sympt. causs.
c. ult. & 3. de l. aff. c. 7. losifque quam plurimis aliis, quo-
cum tamen non faciunt recentiores plurimi.

IV. Etenim, Nunquam (ut Demea in Adelphis in-
quit) ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin
res.

res, & ceteras, usus semper aliquid apportet novi; quibus potius
grataretur, quam invideret ipius, qui docuit comm. i. aph. i.
Neminem nostrum satis esse posse, ad artem, simul, & constituen-
dam, & absolvendam: sed satis superquam videri debere, si, quae mul-
torum annorum spatio priores invenerint, posteri accipientes,
atque his addentes aliquid, aliquando compleant atque perficiant,
quod abunde in indagine, hujus symptomatis morbi,
præstisſe videri possunt, usi iis instrumentis, quae nun-
quam Galenus reprobat, scilicet ratione & experientia.

V. Ut taceam, hos tacite ad studium præclari hujus
fatinoris, summæque laudis, ipsius Galeni auctoritate,
concitatos, sect. 5. comm. i. in Hippocr. lib. de Humor. com-
mentantis, & hunc in modum scribentis: In Medicinâ
non est pars priscis fidem simpliciter adhibere, ut, si quid illi dixe-
rint, statim credamus: sed potius experientia & ratione, verum-
ne illud sit, an falsum, perpendendum est: gravissimeque ad-
dantis: Quod, qui non faciunt, nœ, illi vehementer errant, & in
errorem alios inducunt.

VI. Sed ad rem. Contemplemur itaque nunc recen-
tiorum minimè obscuram diligentiam, ut, quantum lu-
cis causæ apoplexiæ adferat, ex re ipsâ constet.

VII. Galeni & ipsius asseclarum opinio præsuppo-
nit, animalium spirituum officinam esse cerebri ventriculos. h. e.
in cerebri ventriculis spiritus animales generari, gene-
ratos assevari, asservatos in nervos ablegari. Consule
comm. ipsius in aph. 5. §. sect. 5. & cap. 6. lib. 3. de loc. affect. &
confer locos th. 14. sect. præc. & th. 3. sect. præf. allegatos.

VIII. Recentiores contra statuunt, tantum scilicet ab-
esse, ut ventriculi cerebri, officina sint spirituum ani-
malium, ut demonstrent, ad excrementsa recipien-
da, quibus cerebrum, partim, ob situm, partim, ob tem-

periem naturalem, & quæ temperiem sequuntur, accidentia, scatet, esse à Naturæ solertiâ effictos: quorum sententiae & nos subscribimus, statuentes insuper, universam cerebri molem, esse gignendis spiritibus animalibus.

X. Quod, dum facimus, næ, morigeri ipsi Galeno sumus, qui, lib. quod animi mor. sequantur temperam. corp. c. 9. non tam Hippocratis auctoritati, quam Hippocratis rationibus auscultat & paret, licet alias passim veritatis idoneum testim appellat.

X. Ut autem omnia hæc, de quibus enucleatè recentiores disputare solent, sese in omnium oculos ingendant, præsuppono Primo, Non esse audiendos illos, qui negant, dari animalem spiritum. Deinde, Ad functiones animales perficiendas, præter temperamentum, facultatem & animam, etiam in organis ulterius necessariò requiri concinnam structuram, quæ mediante, animalis facultas per spiritus, munus suum obire valet. Tertio, Omnes ad unum nervos, quoad tunicam exteriorem quidem, à crassâ meninge, seu durâ matre, quoad interiorem, à meninge tenui seu piâ matre, quoad substantiam verò albam & medullarem, omnes, inquam, ex cerebri medullâ oriri, dein variè distribui. Quartò, Nullum stuporem, h. e. repentinam totius corporis insensibilitatem, atque immobilitatem, fieri posse, nisi nervorum principio patiente, Galen. in Aph. 5. sect. 5. & 3. loc. aff. c. 10. p. 79. C.

XI. Hisce præsuppositis, majoris perspicuitatis gratiâ dico, spirituum animalium, in functionum organa influentium, absentiam, h. e. ut sine circuitione dicam, non posse apoplexiā accidere, vel virtio, spirituum, vel virtio meatum. Spiritali functioni privatio, ibi patitur principiū nervorum: In Apopleksi non patitur principiū nervorum: Et hinc nulla circuitus tendit in privatione. Ominus verisimile. Si n. patitur nervi ē adeo mortuus sit temperie, c. Olba. ac

lō mīs ēlīas & q̄uelas h̄r ad dñp̄ p̄dācē.

Latīnā dīnt

lēvīcēnt nō v̄

tem atq̄ h̄sēfīt

at ap̄fēlō cērlē

Spirītus fūlū

lēit in r̄i nō

for̄th ap̄p̄d Cār

Exemplām alīm

int̄ḡrōs s̄gnōtō

fālō.

Ap̄p̄d 2. Cārdīm

t̄b̄g q̄nt̄b̄d am

H̄lū nō p̄t̄t̄ a

re v̄sp̄d v̄lēḡ

ant̄s p̄t̄t̄ a

nō n̄ta sp̄t̄t̄y

dar corpori p̄

Nec libet et d

h̄lō v̄sp̄d

r̄i nō sp̄t̄t̄y

XII. Spirituum vitio evenit, si exhalatio narcotica spiritibus animalibus celerrime, & affatim commisca-
tur, eosque, quasi fit ac congelet, ut, neque in cere-
bro recte moveantur, neque in organa sensuum & mo-
tus influant, & hac qualitate, vinum quoque esse præ-
dictum, diu Lamprias apud Plutarch. i. Symp. Quæst. 5. ex-
pertus est, qui dicere solebat, à r̄ini calore, vaporem quen-
dam, se, veluti à thure fit, sentire edi, quo oppleretur. Idem
præstant humores, narcoticam vim habentes, inq; coe-
cis corporis cavernis latitantes, à quibus, irâ, terrore,
aut aliâ causâ, agitatis, talis spiritus, instar cujusdam
veneni, veluti in momento, in actum erumpere, spiri-
tusque animales, dicto modo, affligere potest.

XIII. Pertinet ad hanc quoque classem fumus, ex
incensis carbonibus exhalans, aut vapor, à calce, recens
conclavis cujusdam parietibus, illitâ, emissus, aut à mu-
sto, cerevisiâ, & similibus, profectus, qui aëri mixtus, &
cum spiritu, quo perpetuò uti cogimur, attractus, ad
cerebrum penetrat.

XIV. Meatus vitio, spirituum animalium, in fun-
ctionum organis absentia, accepta fertur, si cerebri ba-
sis ita afficitur, ob præter naturalem constitutionem,
ut spiritui animali vix, ac quandoque ne vix quidem,
transitus concedatur.

XV. Inducitur illa, si dictus nervorum principii lo-
cus, vel comprimatur, vel obstruatur.

XVI. Comprimitur, vel ab ipsâ calvariâ, vel à san-
guine..

XVII. A calvariâ comprimitur, si vehementiore
ictu, aut casu graviore, vel fracta, vel depressa in sece-
recedat, cerebrumque vicinum fundat, & coarctet.

A san-

XIX. A sanguine compressio oritur , aut ex vasis suis effuso, aut in vasis adhuc contento.

XIX. A sanguine ex vasis effuso comprimitur, si ictu, contusione, aut alio quocunque impetu violentiore, vasa rumpantur, sanguisq; non statim per nares, oculares, aut alias vias, ut interdum fieri solet, erumpat, sed basin cerebri petat, prematque.

XX. A sanguine intra vasa adhuc contento, comprimitur, si cerebri vasa, vasta sanguinis copia, ita repleantur, distendantur, turgeant, majusque loci spatiuni acquirant, ut inde angustia insignis & subitanea, ad proximas partes, ipsamque cerebri basin, pertingat.

XXI. Obstruitur vero, si excrementius humor in cerebro, magna farragine coaceratur, ad saepius dictum nervorum principium aethereos feratur, illudque fortius obsideat, de quo vide Galenum 3. de li. aff. 6.

XXII. Et haec decaussis. Ex quibus per se facile & veluti noxie patet: Primo, Quid sit Apoplexia morbus? Nempe, nihil aliud, quam spirituum animalium a cerebro, in functionum animalium organa, sec. nat. influentium, absentia; ab eorundem torpore, aut nervorum & dispositionis principii compressione, aut obstructione, ortum trahens, ob quam omnes animales functiones, tam principales, quam non principales, oscillissem leduntur, multique mortalium ex viventium classe eximuntur.

XXIII. Secundo, Quomodo (velut in omnibus rem oculis subjiciendo) Apoplexia fiat? Nimirum: licet Anima, in omnibus totius humani corporis partibus, quam diu homo vivit, omnibus istis facultatibus, emanatione simplici ab ejus essentia egredientibus, instructa sit

& maneat, nullaq; ratione lædi; exui, orbari possit; sed ex parte sui semper apta nata sit, vires suas exercere, operationesq; substratis & informatis membris organicis, tanquam materiae recipienti, imprimere: Tamen, quia omne recipiens recipiat, non secundum impressionem impressum, sed secundum receptionem suæ receptivitatis, ut loquuntur: Receptivitas autem impræsentiarum, à spirituum animalium influentium præsentia dependeat: Ideoque negatâ hac spirituum præsentia, negatur etiam animalium functionum instrumentorum receptivitas. Negatâ vero receptivitate, negatur statim ipsa quoque impressionis facultatis animalis receptio, quæ est animalium functionum privatio. Sed & hisce diutius inherere non est integrum, succedit

SECTIO III.

De Apoplexiæ Differentiis.

THESES. I.

Differentiae Apoplexiæ, aut sumuntur. à magnitudinis ipsius gradibus, aut à distinctis causarum familiis.

II. Gradus magnitudinis secundum noxæ, quam respirationi infert Apoplexia, minoris, majorisve vehementiam, computat Galen. 2. Aphor. 42. & 3. de locis aff. c. 7. & 10.

III. Aut igitur imminuitur saltem in Apoplexiæ respiratio, aut in totum auffertur.

IV. Si imminuitur, aut adhuc aliquem servat ordinem, aut omnino observat nullum.

V. Si aliquem servat ordinem, Apoplexia levis dicitur.

VI. Si nullum observat, aut saltem inordinata, inaequalis, violenta, intermittens est, & Apoplexia fortis & vehementis vocatur.

Aut

VII. Aut æger, & difficulter, magnaque cum violen-
tiâ respiratione, & stertor simul auditur, sputumq; circa os, pau-
cior vel copiosior, conspicitur, & Apoplexia fortior & ve-
hementior appellatur.

IX. Sin vero, una cum motu & sensu, in toto corpore,
protinus respiratio quoq; tollitur, nec stertor persentiscit-
ur, nec spuma animadvertisit, Apoplexia fortissima &
vehementissima nominatur.

IX. Causarum ratione Apoplexia 1. Alia est, à spiri-
tuum animalium stupore & torpore, ab exhalationis narcoti-
cæ, extrinsecus à carbonibus, calce, musto, cerevisiâ,
ab opio, opiatis, vino, vini spiritu provenientiis, aut hu-
moris pravi in corpore natâ, cumque spiritibus animali-
bus mixti, inquinatione profecta. 2. Alia à basis cerebri
compressione, ob calyriam, ab externâ causâ, fractam,
vel depresso ægrum affligens. 3. Alia ob sanguinem è va-
sis, violentâ iuptione, in dictum locum, effusum, Aut
4. Phlegmonoden diathesin. Aut 5. Humoris excrementi ob-
structionem. Et hæc etiam breviter de differentiis.

SECTIO IV.

De Apoplexia Signis.

TRESIS I.

Postquam ex dictis jam constat, quid sit Apoplexia,
quæ caussæ, & differentiæ; ulterius videndum ve-
nit, quæ sint signa..

II. Sunt autem illa, vel Apoplexiæ imminentis & ac-
celerantib; vel præsentis & infestantis.

III. Imminentis signa sunt, quæ caussarum antecedentia
vehementiam, & certam dispositionem, in corpo-
re, &

re, & maximè in capite, vigere indicant, inter quæ familiam dicit,

IV. Primò, Φλυπία; seu perpetua & inexpugnabilis in somnum propensio, quā interdum stantes, vel ambulantes, legentes, aut aliud quid agentes, subito concidunt. 2. Rerum omnium oblivio. 3. Subita & ingens, absque datā caussā, mastitia. 4. Epilepsia in senibus. 5. Creber aurium tinnitus. 6. Scotodinia seu tenebricosa vertigo, quā simul res conspectæ in gyrum videntur circumvolvi, & sensus visus repente obscuratur, patiensque sibi te nebras circumfundi opinatur. 7. Incerti & discurrentes ante oculos splendores, muscae, & alia parva corpora. 8. Somnia terribilia. 9. Vox tremula & interrupta. 10. Mentis alienaciones. 11. Inflatio venarum jugularium. 12. Tremor capitatis & totius corporis. 13. Membrorum omnium immobilitas, inque operationibus omnibus pigritia. 14. Dinturna capitidis gravitas, & dolor promiscuè qualisunque, sive sit έπεργενεία, sive νέφαλοι, sive νέφαλαι. 15. έφιάλης crebrion & perseverans. 16. Refrigeratio extremorum sine caussā, & stupor creber. 17. Dentium stridor in somno. 18. Ingens cumulus picuca, quotidiè, præsertim à tertia noctis, ad nonam usq; diei, per choanam in palatum descendantis.

V. Præsentis & infestantis signa, aut sunt *Diagnosticæ*, aut *Prognosticae*.

VI. Diagnosticæ, aut affectum adesse demonstrant, & ab aliis affinibus omnibus separant, aut ipsius graduum & causarum differentias nos docent.

VII. Si quispiam ocyssimè, &c, velut ifsecuripercusus, concidat, dicto citius omnem motum amittat, nec pes, nec manus, nec aliud membrum, amplius suum officium faciat, omnia laxa appareant, si quod membrum

O

ele-

eleves, pondere suo, statim recidat; licet astes, æger tamen non videat; licet acclames, non audiat; licet tangas, imò pungas, non sentiat; non moveatur, gustu quoque & odoratu planè careat, non loquatur, non intelligat; &, uno verbo, veluti alto somno sepultus, oculis clausis, vel palpebris suspensis, aut contractis jaceat solumque qualquali respiratione, cum vel sine stertore & spumâ; interdum solo faciei colore & pulsu, coquè pleno & valido, nonnunquam etiam debili & infirmo, à vitâ defuncto discrepet; *indicio est talem apoplepticâ coincidentiâ confitari.*

IIX. Quibus cognitis, nôsse quoque per facile est, in quibus cognati affectus, v. g. Epilepsia, catarrhus suffocatus, carus, lethargus, strangulatio matricis, syncope, &c. varient.

IX. Primò: In *Epilepsia* est motus inordinatus, convellens & concutiens. 2. In *Catarrho suffocativo*, sensus & motus est integer, pectus verò & pulmones ab humore, à capite, celerrimo impetu, agmine quasi facto, tumultu delabente, ita inundantur, ut homo respiratione privatus, vel planè suffocetur, aut, cum præsentissimo suffocationis periculo luctetur. 3. In *caro* itidem sensus & motus non planè sunt ablati, sed homo pectus morietur, respiratio libera & facilis retinetur. 4. *Lethargum* ab initio statim febris comitatur, ægerque, adhibita diligentia, excitatur. 5. In *matricis suffocatione* non semper sensus aufertur, nec semper respiratio impeditur, siue impediatur, simul pulsus obscuratur, color verò faciei vivus in cadaverosum transmutatur. 6. In *syncope*, pulsus aboletur, respiratio manifesta suspenditur, aut procedit æqualior, licet color faciei sit mutatus; sensus tamen non

non planè est ablatus, ægro dentes, os, oculi, arctè clausi.

X. *Differentia magnitudinis Apoplexiæ, non videntur opus habere signis, per se enim manifestum est, An Apoplectico anhelitus, 1. adhuc quodammodo superfluit ordinatus. An 2. Inordinatus, inæqualis, violentus, intermittens. An 3. restet adhuc, sed magnâ vi, fortius angustiâ, improbo labore, stertore & spumâ, vel pauciore, vel copiose, ordine minimè naturali, procedat. Anverò 4. planè exulet, musculorum motu deperdito, thorax attolli omnino ignorat, ac, veluti vinculo quodam constrictus penitus quiescat.*

XI. *Signa verò caussarum differentium quod concer- nit, 1. si spiritibus stupor & torpor est inductus, à carbonum fumo, calcis, musti, cerevisiæ, &c. vapore, id cau- tus Medicus, facile ex circumstantium expiscabitur re- latione. Sin verò à pravorum & narcoticorum, in cor- pore cumulatorum, & resolutorum humorum confu- catione, absentia signorum reliquarum caussarum, tam dictarum, quam dicendarum, index erit locuples. 2. ubi basis cerebri est compressa, à calvariâ, externâ vi fractâ, vel depresso, aut à sanguine, ex vasis violenter ruptis, affuso, itidem Medicum, familiares examinantem, & ægrotum prudenter considerantem, latitare nullo modo potest. 3. Quando verò φλεγμονάδης 2. & 3. gradus basin cerebri occu- pat, colligere id valebit Medicus exinde, quod patien- tis totum corpus, præcipue cor & epar, constitutionis calidæ & humidæ existat, ætate juvenili, vel virili adhuc floreat, in somno rubra spectra sæpius viderit, dolo- re capitis, hæmorrhagiâ narium, crebrius laborave- rit, urinam subruffam & crassam minxerit, vasa in capite*

distentā, oculi & facies inflati, rubuerint; sanguinis evacuationem, in diem, victus rationem frigidorem facilius, sanguinis verò retentionem, ebrietatem, satietatem, capitis & totius calefactionem, ægrius tulerit: quibus signis consentiunt, quod longo tempore in aëre calidi & humidi temperamenti vixerit, victui lautiori & pleniori indulserit, alimentis probi succi & multi nutrimenti, ut potē pane bono & fermentato, ovis recentibus molibus, carnibus gallinarum, pullorum gallinaceorum, perdicum, vitulinā, hœdinā, animalium juniorum, castratorum, vino dulci & generoso, copiosius usus sit, otio, somno, similibusque *languidis voluptatibus*, ut Cicero habet, sit liquefactus &c. eidemque consueta aliqua sanguinis evacuatio suppressa, capitis vel totius gravitas & tensio, corporis mediocris exercitatio præcesserit, pulsus in temporibus & carpis magnus ac plenus appareat.

4. Cum pituita in causâ obstruktionis principii nervorum, est, indigitabit id, quod succumbens, constitutione, vel naturâ, vel usu caussarum refrigerantium, aut quâcunque ratione aliâ, frigidâ sit & humidâ, os salivâ multâ, neutrâ constitutione, maduerit, lingua mollis extiterit, sitis & fames penè nunquam molesta fuerint, dormiens ronchos duxerit, de rebus albis, aquis, pluviis suffocantibus, glacie & nive opérinentibus, somniaverit, faciem palluerit, palpebras tumuerit, somni longioris & profundioris appetentiam, sensuum internorum & externorum inertiam, capitis gravitatem & tensionem, mentis tarditatem & stuporem senserit, pituitam copiosam, modò dulcem, modò acidam, modò salsam, per narres & palatum ejecerit, urinam crudam, crassam, albam, deposituerit: cœlo sereno, melius; aëre nubilo & frigido pejus

pejus habuerit: pituitam alterantia & evacuantia, caputque calefacentia & siccantia, bene, eandem verò augentia, caput refrigerantia & humectantia, male, toleraverit, & præterea, diu in aëre crasso, humido, nebuloso, frigido circumambulaverit, cibis frigidis, humidis, erassis, lentis, coctu difficultibus, multisq; excrementis scatentibus, piscibus, lacte, lacticiniis, carnibus suillis, leguminibus, oleribus, fructibus & similibus, potuq; largiore, & intempestivè assumto, pleniùs & liberalius, non sine variate, usus fuerit, somno nimio, meridiano, statim à mensâ, indulserit, aut per lucubrationes in multam noctem distulerit, mœrorē & tristitia sese maceraverit, nimia corporis quiete & otio torpuerit, more consueto per nares & fauces, pituitosorum excrementorum redundantiam aliquandiu non excreverit, pulsus moderatum, mollem, tardum, tarum, debilem habuerit, & tandem, caput ipsum ad tactum palmæ, aut digitorum, subfrigidum advertatur. Deniq; ubi à Melancholiâ Apoplexia gignitur, quamvis raro fiat, docente Galeno com. in 7. aph. 4. & 6. apb. 56. hæc ferè indicia aderunt. Apoplecticus constitutionis fuit frigidæ & siccæ, habitu corporis macilento, aspero, duro, colore livido, taciturnus, cogitatibus, flatibus, acidisque ructibus, obnoxius, moestus, meticulosus sine causa, cibi & Veneris appetens, sitis expers, salivâ, urinâ, nonnunquam tenui, albâ, interdum crassâ, nigra, copioso in somno sudore, horrendis insomniis, visis tristibus, rerum nigrarum, fumi, cadaverum, mortis ac similium, abundans, annis in senectutem vergens, utilitatem à Melancholiâ tempestantibus, evacuantibus, noctam à generantibus, percipiens. Præter hæc, Apoplecticus à Melancholiâ, aëri-

fri-

frigido & sicco, cibis melancholicis, carne bubulâ, a
prugnâ, cervinâ, leporinâ, caseo veteri, pane furfura-
ceo, non benè fermentato, non probè cocto, brassica,
leguminibus, piscibus & carnibus animalium, sale con-
ditis, & fumo induratis, usus fuit, tractu aliquo tempo-
ris, micerori, tristitiae, curæ, meditationibus nimiis, vi-
giliis immoderatis, sese mancipavit, consuetis melan-
choliæ evacuationibus caruit, &c. Qui plura cupit in
hanc sententiam, is integrum librum Galeni de multitudine
& libros de temper. & comm. de humor. perlegat.

XII. Prognostica signa, aut sunt generalia, aut specialia.

XIII. Generalia sunt, 1. Quod omnis Apoplexia cum pra-
sentissimo vitæ periculo sit conjuncta, & aut planè incurabilis, aut
curatu admodum difficilis; idq; constat 1. ex Testimonio Hip-
poc. sect. 2. aph. 42. Galeni com. in l. d. ubi ait: Apoplexiæ
magnâ ex parte curationem non admittere, propter respirationis
laesionem, & lib. 9. meth. cap. 10. ubi Apoplexiæ in acie exi-
strialium morborum collocat. 2. Ipsa affectus vehementiæ,
quæ appareat ex insigni recessu à statu naturali. Siquidem,
omnis functionis animalis est privatio, respiratio-
nis insignis læsio, aut totalis ablatio, & causæ adhuc vi-
gent, quæ illam fovent, inq; dignissimo loco stabulan-
tur. Denique, Quod omnis Apoplexiæ eventus sive bonus
sit, sive malus, brevi sit expectandus. Est enim acutum ma-
lum, imò, interdum acutissimum, ut habet Galenus in 2.
ip. 19. & 42. velocissimique motus, vide Gal. de tot. morb.
et morborum tempor. cap. 5. pag. 359. 1. Siquidem, partes principes non
possunt tolerare passiones fortes, easque simili diu mo-
destantes, vid. Galen. aph. 51. sect. 6.

XIV. Specialia, aut omnino benè sperare vertant, homi-
ni cum iudicio nisique interitum citò & certo instare significant: Aut
eg. Aenti fructi, qui illatati statu iniquitatem coniunctu debent, alii
cult. rep. erg post aliis loquuntur cum disipp. anti part. quoniam febris omnia glo-
dit et febris semper comitans morbus erit.

et quid adhuc bona spe superesse indicant? Aut alias futuri
morbis eventus modum prænunciantur: sumunturque, vel ab
ipsa formâ Apoplexiæ, vel à caussarum differentiis, aut
aliis accidentibus, febribus supervenientibus, spumis,
sudoribus, temperamento, ætate, anni tempore, exere-
tis & aliis. *Male*

XV. *Bene sperare vetant*, 1. *Apoplexia fortissima*, scil.
à materia crassâ, pituitosâ, melancholicâ, oborta. In il-
lā enim, non saltem materia ipsa, mali caussa, de se non
facile potest discuti, sed & expultrix, unâ cum aliis vir-
tutibus, admodum obruta, consopita & debilitata est.
Hinc, respiratio manet ablata, calor cordis eventilatio-
ne & fuliginum expulsione privatur, ob quæ apoplecti-
cus necessariò brevi suffocatur, *vide Gal. 5. de loc. aff. c. 1.*
p. m. iii A. C. & D. 2. Fortis, ab iisdem caussis profecta. Ad
hanc enim respicit *Hippocrates 2. aph. 42. 3. Quæ vehemen-*
tiorem stertorem, & ronchos conjunctos habet, quo pertinet,
Hippoc. sect. 6. aphor. 51. 4. Quæ habet stertorem, ex majore in
minorem, sine tamen reliquorum symptomatum diminutione
& remissione abeuntem, aut tandem planè cessantem. Ob sum-
mum enim mali incrementum, extremum virium defi-
citum, hoc evenit, & mortem jam præstò adesse innuit.
5. *In quâ spuma circa os apparer paucior. Ex parte enim pro-*
priæ pulmonum humiditatis, ob summam cordis com-
pressionem & angustiam, motusq; thoracis violentiam,
vehementemq; pulmonis ad educendum conatum, est
prognata. De hac re sermo esse videtur Hipp. 42. aph. sect. 2.
Ἐπειδὴ τὸ πάχος τῶν πνευμάτων, μηδέπω δὲ πεθηκότων σύναν-
θέρεσιν, οἷσιν ἀνάφεσιν τῷ σώματι. 6. Febris mediocris, subita-
neis apoplexiis, post capitidis dolorem aggressis, supervenien-
tiens. Non enim solvit peccans frigidum, nec absuntit
reduci

redundans humidum, sed dissipat potius, & debilitas
nativum calidum, sicq; apoplexiæ caussam non minuit,
sed vigore & valere magis, magisque efficit. Hinc Hippo-
crates i. prorrhet. aph. 82. seu, ut Galenus numerat, 50. Si-
derationes, quæ repente contingunt, si insuper febris mediocris ac-
cedat, quæ diu trahat, perniciem minantur, quale quid Numenii
Filio corrigit. Consule etiam comm. 2. Gal. in h. l. 7. Febris
apoplexiæ, à phlegmonode dispositione, aut sanguine, externa
violentia è vasis effuso, inq; capite, majore copiâ, quam-
ut insensibiliter discuti queat, existente, & putrescentio
inductam, concomitans. Phrenetica enim symptomata ac-
cessens, omnes corporis facultates vehementius pro-
sternit, ægrumq; enecat. 8. Apoplexia pituitosa, invadens
1. Juvenem, 2. Temperaturâ calidâ & siccâ præditum, 3. Inq; æstiu-
vo tempore constitutum. Talis enim maximam caussæ præ-
se fert vehementiam. Siquidem, in tali corpore, tali
tempore, ad humores calidos potius & siccos summa-
est propensio; pituita igitur ibidem generari haudqua-
quam potuit, nisi vehemens caussa extiterit. Confer
etiam hic aphor. 34. sect. 2. Hippocr. & comm. in d. l. Galeni
interpretis. 9. Motus & mentis post phleboromiam perseverans
abolitio. De hac enim lib. 3. c. 27. Celsus scribit: Si post san-
guinum missione non redit, & motus, & mens, nihil spei superest.
10. Morbi semel profligati regressio, aut soporis gravis acce-
sio. Cerebrum enim jam pridem maximopere est debili-
tatum. Hinc æger, præsentim silicernio propinquior,
vix & ne vix q; tantæ violentiæ onus denuò poterit susci-
pere, nedum tantillum tolerare, multò minus superare.
11. Sudor ob respirandi difficultatem exoriens. Oppressi enim
caloris innati argumentum est. 12. Coloris faciei vividi in cu-
da verosimilis versio, & pulsus, arteriarumve motus, etiam ob-
suggeri
scu

scuri, cum respiratione, totalis, quoad sensum, ablato;
XVI. Aliquid bonæ sp̄ei adhuc p̄r se fert, i. Apoplexia
levis quam Gal. 5. loc. aff. c. i. p. m. iii B. appellat minorem. In
hac enim, si omnia fiunt, quæ artis decreta fieri volunt,
experiendi teste, majus præsidium certiusque, Medicus,
Naturæ minister, Naturæ artisque nomine, ægro &
adstantibi polliceri potest. 2. Quæ à spirituum stupore & tor-
pore est. Si enim legitimis mediis in tempore succurrat-
tur, & haec non raro expugnatur. 3. Quæ à calvariae com-
pressione, aut 4. externâ violentiâ dependet, si in hac san-
guis per nares, os, aures effluat, in illâ utraque meninx,
pia & dura mater, adhuc sit integra. 5. Cujus; Φλεγμονώδης
2. & ðēm, caufa es. Quia enim sanguis, in vasis, adhuc exi-
stens solâ quantitate peccat, si debito modo, loco & tem-
pore subtrahatur & minuatur, ingenti egri id fit commo-
do. 6. Pituitosa, cui febris ardens superveniat. Calefacit enim,
extenuat, resolvit & absunit suâ caliditate, & siccitate fe-
bris, vapores, humoresque pituitosos, quibus, tanquam
caussis, sublatis, tollitur & ipsa Apoplexia; innuit hoc
Hippocrat. in s̄epiùs jam citato Aph. 51. sett. 6. vide etiam,
fis, Aph. 57. sett. 4. & 5. Aph. 5. item Galen. com. 2. l. i. prorrh.
Hippoc. 50. 7. Forterior, in quâ major circa os spuma excitatur.
Proficiscitur enim, non ab humiditate pulmonis pro-
priâ, sed à pituitâ copiosâ, ob difficultem respirationis
motum, statu repletâ, & in spumam elevatâ. Tales enim
in vivis (quanquam non usq; adeò crebro) à se esse con-
servatos, hisce testis est Galenus, Nonnulli tamen, quanvis
raro, dum strangularentur, relati sunt in vitam, quibus spuma cir-
ca os apparuerat. Aphor. 43. sett. 2. 8. In quâ posc phlebotomiam
administratam mens reddit, posc errhina admota sternutatio,
vel phlegmatis ex ore, aut naribus, ut in morbo Gallico

D

post

post mercuriales inunctiones, effluxus sequitur copiosus,
& quæ sunt hujus generis alia. Morbi enim resolutionis,
& fugæ, nuntii sunt.

XVII. Siverò *Apoplexia*, puta, *piruifosa*, *resolvatur*,
creberrimè succedit *paralysis*. Galen. 4. loc. aff. 2. p. 87. C. si
enim naturæ robur, materiæ copiam vincit, è medullâ
cerebri, nervorum omnium principio, illam in alteru-
tram partem, dextram vel sinistram, in spinalem me-
dullam descendantem, detrudit. Hinc, sensibus vigor
redit, brachii verò & cruris alterutrius motus perit. Un-
dè Galen. comm. 2. 1. Epidem. aphor. 59. p. 443. C. Tom. ter-
tio. *Paraplegias* vocat (Hippocr. scil.) *resolutiones ex apople-
xiâ, in partem aliquam decumbentes*: Videatur etiam Galen.
comm. 3. prim. prorrhet. Hippoc. aph. 26.

XIX. Interdum etiam in memoriae & ratiocinationis
laſionem terminatur. Si enim materia, in cerebri medul-
lâ existens, in ipsam ejus substantiam repellatur, hincq;
inde dispergatur, morbus in viâ, apoplecticæ conci-
dentiae cauſa, finitur quidem, sensuumque externorum
& motus integritas corpori restituitur, sed ob irrigatio-
nem istam, cerebrum, ut similaris pars, graviter affici-
tur, memoriaque & ratiocinatio enormiter læditur.

XIX. Licet autem apoplexia in paraplegiam eva-
dat, aut neutrum omnino, modò dictorum, accidat, sed,
aliâ ratione, subjectum suum, & hospitium, relinquat,
apoplecticus tamen, in primis senio confectus, raro, vel
nunquam, pristinum mentis, sensum & motus vigorem perfectè
recipit. Sequitur ut præservationem Apoplexiæ capes-
simus.

SE-

SECTIO V. De Apoplexia Preservatione.

THESES I.

IN quo consistat Apoplexiæ essentia, quibus oriatur cauissis, gaudet differentiis, imminens & præsens, lethalis & minus periculosa, cognoscatur & dignoscatur, signis, hucusque explanatum est. Ex quibus, tam diri hospitis, nobilissimum humani corporis palatum, cum pulsantibus, tum occupantibus, tristissima facies, nemini non potest esse tam nota, quam quod notissimum. Paucis nunc etiam determinandum, quomodo, nondum ingresso, fores & fenestræ præcludendæ; ingressus vero quomodo rursus fit exterminandus.

II. Illud fit, si præcavemus, hoc, si curamus. Prius longè satius, tutius, & felicius, posterius longè difficilius, & molestius.

Egrius (quippe) ejicitur quam non admittitur hospes.

III. Præcavetur autem, si cauissæ internæ antecedentes, quæ Apoplexiæ excitare possunt, antequam altius radices agant, & actu apoplexiæ inducant, eradicentur.

IV. Si igitur, ex signis, supra sed. præc. th. 4. recensis-
tis, præcognoscatur, Apoplexiæ impendere, statim catalogus signorum, differentias cauissarum indigitantium, (*ead. sed. th. ii.*) mente evolvatur, &, quænam sint illæ cauissæ antecedentes, diligentissimè inquiratur.

V. Si inventæ, sive sint humores, sive vapores, spiritus torpidos reddituri, id operæ detur, ut, quam minitan-
tur, apoplexiæ, invehere in corpus nequeant.

VI. Obtinemus autem hoc, si humores noxij, noxam corpori illaturi, vel venæ sectionibus, vel purgationibus, eva-

D 2 cuen-

cuentur, vapores narcotici, in corpore geniti corriganter,
discuriantur, & avertantur.

VII. Si igitur i. Nimiris sanguinis copia apoplexiā minitetur, alvus lenitiō aliquo, aut ejusdem intentionis clystere subducatur, deinde, vel mediana, aut interna, pro exigente rei necessitate, aperiatur, semelque solūm, aut vicibus pluribus, tantum sanguinis, quantum vires sinunt, subducatur. Si verò in aprico, quod hæmorroidum, mensiumve intermissa sit evacuatio, atque ita eorum suppressio, plethoræ conjungatur, nec aliæ circumstantiæ aliud requirant, sanguinis copia, venæ brachii sectione, primū miniatur, postea saphæna incidatur: ubi verò vel vires, vel ætas, aut similia phlebotomiam interdicunt, cucurbitulæ scarificatæ lumbis affigantur.

IIX. 2. Si à nimia pituita Apoplexia metuatur, Commodè ægra Clyster applicetur; ex decocto radic. ire. pœon. mercurial. bet. salv. rut. beton. rorism. flor. Chamæm. sem. anis. Agar. bened. lax. Diaphan. mell. rof. foliut. ol. rut. laur. sal. paratus; cui etiam vomitus imperandus, scilicet si materia hæreat in ventriculo, ægerque consuetus & promptus ad vomitum. Posthæc ad præparationem pituitæ accedendum. Si igitur frigida, crassa & viscida, incidatur, & abstergatur hyff. salv. orig. maj. beton. verben. rut. roremat. stœchad. pœon. dein purgetur Agaric. Turbirk. fol. sen. alo. pill. assaj. de Agar. ind. luc. aur. coch. færid. spec. diaturb. Elect. diaphan. & similibus. Si que humoris objecti contumacia impedit, quò minus unā vice tota minera possit tolli, si vires non prohibent, iteratō labos hic institui potest & debet. Post purgationem, ad caput alterandum, roborandum, conserv. anthos, flor. salv. rosar. usurpetur. Si mali pertinacia insignis, & aliud nihil prohibeat,

beat corporis ita evacuato, etiam ad aliquot dies exhibetur, pro levi sudore excitando, mane decoct. sars. parvill. lign. sassafr. sem. fæn. cum flor. prim. ver. lil. convall. ligni aloës, vel Rad. chin. fol. beton. calamint. flor. stachad. Arab. rad. pœon. aut ipsius lign. sanct. orbeti usqueq; endisp

IX. 3. Si propter Melancholicum homini Apoplexia immineat, humor melancholicus attenuantibus & humectantibus, rad. bugloss. fænic. filic. polypod. gram. capparis. sol. meliss. lupul. scolop. cuscus. rorism. flor. borrag. bugloss. stachad. Arab. viol. anthous. cori. citr. item syrup. & conserv. ex iisd. ut & syrup. de pom. cond. cort. vel carn. citr. & similibus, præparetur. Postea Föl. sen. polypod. quercin. epithym. myrobol. ind. Helleb. alb. nigr. lapid. Armen. Lazul. Elect. Diacath. diafen. confect. Hamech. Pill. de fumar. quinq; gen. myrobol. de lapid. Laz. Armen. Extract. Helleb. nigr. & id genus alijs, ut plurimum in liquidâ formâ exhibitis, & à mitioribus, mixtis semper humectantibus, ad fortiora progrediendo, & si opus, reiterando, totum corpus evacuetur. Tandem conserv. borr. bugloss. viol. meliss. anth. cort. citr. rad. Helen. condit. elect. de gemm. lætif. Gal. dianth. commendanda veniant.

X. Quartò, Præservationem ab exhalationibus narcoticis, quod attinet; can nulla alia esse apparet, quam, ut huius mōres, utilesq; superfluitates, v. g. lac & semen, ritè evanescuntur, quibus evacuatis, nullus amplius formes exhalationum narcoticarum restat, quæ caussæ internæ ahaeccedentis locum occupant. Attingitur tandem etiam:

SECTIO VI. & ULT.

De Apoplexiæ Curatione.

THESIS I.

Quomodo præcaveatur diræ Apoplexiæ ingressio,

D 3

sio,

sio, visum est. Quomodo expellatur rursus, ingressa, r
stat colophonis veluti loco demonstrandum.

II. Etenim, quamvis nihil magis exoptandum, quād
ut Medici solertis præservatione, ea expedire liceat, d
quibus præcedenti sectione actum: tamen, cūm, præ
more habendi, maxima hominum pars, potius rei fami
liaris, quām propriæ valetudinis curam gerat; Ea pro
pter Medicus rarissimè, ad apoplexiā imminentem
sæpissimè verò, ad superantem jam & triumphantem
adhibetur. Qui, licet tunc temporis incassum consiliu
rogari appareat, cui vix ullus locus relictus: tamen
cum ex prognosticis ratum sit, Apoplexiā non sem
per esse lethalem, sed interdum eam abigi & ægrum re
levari posse, Christianæ charitatis, Medicique fidelis &
magnanimi erit, ne, veluti malus nauta, cœlo sereno se
cūm placidum ventis stat mare,
transfretat, imbre verò & tempestate furentibus, sese sub
ducit; ille leviores affectus curandos suscipiat tantum
Apoplecticum verò statim prognosi relinquat, ei que
exequias semper parandas jubeat.

III. Ut tamen nihilominus ars inculpata maneat, ne
ipse mali Medici nomen incurrat, aut ab assistentibus
cædis postulari queat, ita procedat necesse est.

IV. Si, ὡς ἡρός δοῦλος μνημονίς, adveniat, à frontispicio
statim omnes circumstantias, accurate consideret, signa
Apoplexiæ magnitudinis, cum cauſarum indiciis &
eventuum prognosticis, longo usu observatis, ad ani
mum sibi revocet, diligenter trutinet, &, si Apoplexiā
fortissima appareat, Præceptoris sui Galen. in Aph. 8. sect. 11
in iis, inquietis, quorum summum vigorem excipit mors, part
urimur sola, quæ prognostica nominatur, id quod futurum si
præ

Prænunciances, ne eventus rerum, nostro ascribatur errori, sa-
pientissimo pronunciato, pareat, mortem & modum,
quantum in arte est, edisserat, generosiorum vero me-
dicamentorum exhibitione supersedeat, juxta illud: in
aphor. 29. sect. 2. In morbis exitialibus, non modo quando sunt su-
vigoris vicini, nihil movere oportet, sed etiam in præcedentibus vi-
gore temporibus. Recordantibus nobis, quod deploratos non
porteat attingere, sed magis abscedere, eventu morbi prænun-
ciato. Ne autem penitus interim deseruisse, aut negle-
xisse æstimetur, frictiones, clysteres, & alia, spiritus a.
nimales excitandi vim obtinentia, adhibeat. Quod
ipsum tamen antequam ad manus sumat, cautè prius cir-
cumspiciat, vivat adhuc apoplectico malo supplanta-
tus, an planè mortuus sit? Quod lanâ, aut gossypio car-
ptis, pennâ molli, candelâ accensâ, terfissimo speculo,
ori, vel naribus admotis, aut aquæ cyatho, sterno impo-
sito, practici explorare jubent; maximè autem, omnes
nervos intendamus, ut sensus effugientes arteriarum
obscuros motus sagaciter investigemus. Volunt quoq;
Practici, ne quis Apoplecticorum ante completum tri-
duum humetur.

VQuod si verò per indicia , aliquem solutionis Apoplexiæ modum, è longinquo quasi prospiciat, spemque vitæ superstitem cognoscat, Medicus prognostico, secundum superiùs posita, se muniat, & , remotâ omni morâ, sine noctis & diei discriminé, statim curationi sese accingat, memor , quod cum morbo , valde acuto, sibi sit negotium , ἃ δὲ τοῖς λίλῳ ὥξειν, λιπόγαρ, Φαρμακεύειν αὐτῷ μεσόν, ξενιζεῖν δὲ εἰ τοις ταῖς ναυαράνοις . ut prudenter admonet divinus senex Hippocrates, sect. 4. aph. 10.

VI. Cum vero omnis vere *methodica curatio*, secun-

*Magnis bsp. ubi sunt summi Targanter, ibi necessarii fabriq*e* sunt. Hunc continentur ad Alembic et tant tenacissimi, ut possint sollempniter illas arces, impinguos servantes, nec huc quisque nisi reportat. Hunc a. Apoplexia causa locum.*

dum indicationes instituenda sit, indicationesq; à caussis iispe-
ti debent, ob quas animalis facultas in Apoplectico v.
Tyto, Mevio, feriatur: Hæc verò ferietur, quia idonei
organis destituitur, destituatur verò his, quia spiritus ani-
mæles non influunt, non influant verò, quia vel ipsi carbonum,
calcis, musti, cerevisiae, opii, opiatorum, vini, spi-
ritus vini, aut humorum in corpore natorum, resolute-
rumque vapore narcoticæ torpidi, & ad fluxum inepti faci-
sunt, vel ipsis via seu meatus, vasare, per quæ influere de-
bebant, à crano fracto, vel depresso, sanguine, extra vel intra
venas, basi cerebri substratas, inter textas, existente
comprimente, aut ab humore puerito, aut melancholico, obstruente,
occluduntur: Ea propter, omnibus nervis in id incum-
bendum est, 1. ut vapor narcoticus, si quis sit, unde unde
etiam sit, & cum eo corporis spiritibus infestus, excutiatum
vaporum compressio, aut obstruatio, remotione caussarum
comprimentiū vel obstruentium, systollatur, spiritibusq;
animalibus liber in organa motus & meatus restituatur
2. Novus vaporum & humorum, malo novas vires submini-
stratur, ad caput ascensio & recepius prohibetur. 3. Fa-
cultas animalis ad consuetas actiones, spiritus ad influxum
semper sedulò excitentur, sollicitentur, irritentur, stimulen-
tur. Siquidem, secundum Galen. com. 2. t. 4. lib. 6. Hippo-
de morbis vulgaribus: Excitare sensum & motum in his, qui
eos debilitatos habent, non mediocrem usum præbere, Medicis
omnibus notum es.

VII. Ut igitur hi scopi præfixi attingantur, Generatio
ita procedatur: Miserandum apoplectica tyrannidis
mancipium, in locum luminosum, aërem liberum, non
tamen nimis frigidum, aut calidum, multò minus austre-
ris crassioribusve ventis pervium, sed optimè tempera-
tum.

sum, balaetur, substratis cervicalibus aut mattis ita
collocetur, ut nec supinus & extensus, nec pronus &
incurvatus jacere, sed cervice erecta, quasi subrectus
sedere videatur, regetibus & stragulis levioribus mu-
niatur; Stentorea voce nominatenus vocitetur, pili
capitis, barbae, pectoris, & in primis crurum, vellicen-
tur, complicatis manuum digitis, & pedum pollicibus,
trahatur, extremæ partes à cubitis & genubus, deor-
sum versus, præsertim volæ manuum & pedum, vel fo-
lium manibus, aut sale & aceto, rino albo subtili, rutâ recent.
oleo rutac. castori. Euphorb. sinap. aqu. etiam ardente, & si-
milibus calidis, crebro, diu, & fortiter, imò, mantili aspe-
to, fortissime, & ad excitationem usq; fricentur, extre-
mitates muscularum brachii superiorum versus hume-
ros, & pro re natâ etiam propè cubitum, similiter circa-
coxas & tibias, testibus, chordis, ac loris, ad dolorē usq;
cum continuâ & crebrâ relaxatione & reiteratione, li-
gentur, nares, vertex, nucha, oleo destillato ruta, salv. succin.
castor. caru. rorismar. aut eorum balsamis, vel apoplecticis
aliis, inungantur, cucurbitæ muscularis crurum, imò etiam
capiti affigantur; & si sanguis peccet, nec virium solutio,
atras nimimum decrepita, aut simile quid prohibeat, præ-
missâ frictione, & nisi malum fortius, quam ut tantillum
moræ tolerare queat, clysteres mediocri præmisso;
~~non siphone~~, ut quibusdam placet, sed cephalice in bra-
chio, vel communis, sectio administretur, & pro abun-
dantia copia, & virium tolerantiâ, ex faciei colore, post
primam missionem, vividiore, respiratione faciliori,
pulsu meliore, advertenda, aliquot vicibus, paucarum,
tamen horarum intermixto spacio, reiteretur. Dehinc,
interejeto paucos saltus in interstitio, clysteres paulò fort-

E

tio-

tiores & acriores, ex Rad. ang. ire. sem. fæn. carv. fefel. urt.
rut. baccar. jun. herb. pariet. salv. calamint. puleg. cent. min.
hyssop. paral. orig. chamæpit. stæch. beræ. fol. laur. lavend. anth.
sem. carth. Agar. Turbith. pulp. coloc. fol. sen. Helleb. nig. ffr.
Hier. simpl. Logad. pach. seu diacolocynth. benedict. lax. Elest.
Diaphæ: ind. maj. pill. aur. coch. castor. mell. rosat. colat. an.
thosat. ol. chamæmel. rutac. de castor. de piper. sal. gemm. vel
comm. & id genus aliis injiciantur.

IIX. Apprime verò & heic ex croco metall. cum aq. con-
veniente decenter paratum vomitorium, prout necessi-
tas exigit, sine habitâ temporis ratione, noctu vel die
propinatum, & si ita consultum videbitur, etiam fæmel
atque iterum uno die repetendum, non intermissis aliis
antea commendatis, utiliter & cum optimis ægri rebus
administrabitur.

IX. Si autem sanguinis evacuationi nullus sit locus, vi-
cariam operam subeant cucurbitæ scarificatæ, non qui-
dè hypochondriis, nec thoracis parti posteriori, omniū
minimè verò anteriori, sed cruribus, brachiis, lumbis,
applicatæ. Siquidem non divertunt tantum, sed & par-
tim evacuant: Si clyster post consueti temporis defu-
xum, non rejiciatur, suppositorio acri, & magno, filo ap-
penso, ex Hier. Logad. succ. cucum. sylv. cyclam. sal. gemm. &
mell. desp. aut similibus materiis promoveatur. Apertio
quoq; venarum narium, & frontis, imò, ipsarum jugu-
larium in collo, si commodè & sine periculo fieri possit,
aut, quod tutius, sub linguâ, pro evacuandâ materiâ è
capite proximâ, post præcedentes evacuationes uni-
versales, minimè est intermittenda.

X. In specie verò, si apoplexia primordium ducat à
fumo carbonum, aut, vapore, calcis, musti, cerevisiae, post

Post deportationem ægri in liberum ærem, & decen-
tem collocationem, aq. apopleætica, vel alia vapores dis-
ciendi vim habens, infundatur: & si ab opio, aut opiatis, a-
Poplexia est oriunda, in primis acerum album forrissimum,
succus limonum, citriorum, berberum, spiritus vitrioli, aut simi-
lia acida & vitriolata propinentur; naribus pulegium, ru-
ras, castoreum, aceto madefacta, vel olea, & balsama, modò di-
cta, nec non ptarmica, admoveantur. Si à nimio vino,
aut spiritu vini, cæteris paribus, ilicò vomitu imperato,
mox Lac caprinum, & emulsio ex amygd. dulc. sem. cucurb.
melon. cum aq. hordei exhibeatur. Sin verò à resolutis pra-
vis humoribus, in corpore natis, fiat; materia peccans
convenientibus pharmacis evacuetur, & partis man-
dantis & recipientis ratio habeatur.

XI. Si à calvariâ depressâ, aut fractâ, Emplastro, vel
instrumentis aliis (τρυπίνω ασαθίσω, prius, si opus in me-
dio Φλάση seu contusionis, aut si mavis ἐσφλάση per-
foranda) retrahatur & elevetur, & alia in hoc casu spe-
cialia, apud Practicos, multis proposita, usurpentur.

XII. Si à sanguine extra vasa effuso, præcipue novus
& nimius sanguinis affluxus impediatur, particularis e-
vacuationis & derivationis cauſâ, venæ frontis, nasi, &
linguæ aperiantur, quodque evacuari hisce mediis ne-
quit, fomentis, cataplas. Emplastris. cerotis, v. g. Vigonis, de
gumm. heder. & aliis, discutiatur, &, quod læsum, præ-
terea sanetur.

XIII. Si verò à sanguine, intra vasa adhuc existente,
sanguis, quia heic principalis cauſæ rationem habet, li-
beralius in hac, quam in aliis apoplexiæ speciebus, pro
virium tamen tolerantiâ, non affatim, non confertim,
sed reiteratis vicibus, tribus, quatuorve, evacuetur. In-

stituatur igitur hic, & ipsa accessionis hora, phlebotomia, & primò, si sanguis simul peccat in toto, & capite, secentur vena Mediana & cephalica in alterutro, vel utroque brachio, post elapsas horas sex vel septem, narium, frontis, colli, vel linguae, aperiuntur.

XIV. Et dum hæc pono, reliqua, tam evacuationum universalium, & particularium, sensibilium & insensibilium, quām revulsionum, genera, in genere prolata, neutrā excludo, sed pro rei necessitate, possum includo & præsuppono. Hoc tamen moneo, ut in apoplexijs à calvaria fracta vel depresso, item à sanguine extra vel intra vas aq. apopl. calidiores, ut & quibus virtus titulus datur, ob summam penetrandi vim, alias, tam ad præservationem, quām curationem, auxilia efficacissima & præsentissima, nec non alia, sanguinem fundendi, & caput nimis calefaciendi vim habentia, pestis instar fugiantur, & devitentur, repercussionisque gratiâ, roborantia & leniter astringentia odora menta, ex pomis, aceto, aq. rosac. aut oxyrrhodinum ex ol. rosac. & acet. applicentur.

XV. Quod si pituitæ lobos sic apoplexia, præter alias in genere posita, apprimè & hæc in specie, si sanguis pituitæ misceatur, etiam ante acres clysteres, vena aperiatur, aut cucurbitæ scarificatæ in ejus rei locum substituantur, minus tamen, quām in sanguineis apoplexijs evaquetur. Post sanguinis diminutionem, omnis, quod dicitur, lapis moveatur, ut materia obstruens, ad diversas corporis partes distrahitur, & tamen sensibiliter, quām insensibiliter, dissipetur. Ante omnia igitur clysteres fortiores & acriores, ex materiis supra positis, pituitam in toto & capite respicientibus, per vices, cebriùs injiciantur. Tandem, si commodè id fiat, vomitoria etiam in-

infundantur, linguae & palato theriac. vetus Andromach.
mithridat. radic. pyrethr. in oxymel. decoct. sinap. semin. in uno
fort. decoct. aut mell. except. Castor. aur. Alexandr. diacor. dia-
trion pip. conf. Anacard. affracentur. Naribus errhina &
ptarmica ex semine nigell. maj. piper. Castor. pyrethr. Helleb.
alb. indantur, suffitus aromatum, & odorata calida, præ-
cipue ol. destill. & balsam. macis, anth. fænic. major. cinn. fuc-
cin. albi. & aliorum supra positorum, ut & Benz. styr. adhi-
beantur, & initio spinalis medullæ, & capiti, ol. laur. irin.
castor. rutac. de piper. later. vel destill. Spir. Thereb. sinap. &c.
cum vel sine spir. vini, vel aq. apoplext. calid. inungantur,
& alia interiora, & exteriora, supra de præserv. apopl. pi-
tuitos. indigitata, adhibeantur. Et, quod primo penè
loco dicere debebam, aq. aliqua vita, aut apoplextica nobis
& penetrans porrigitur, cerebrum que spiritibus, essen-
tiis, tincturis, extractis, salibus, fæculis, magisteriis, spa-
giricâ arte confectis, potissimum, essentiâ rorismar. pœon.
cinnam. magister. succin. cran. hum. corallior. margarit. corro-
boretur, materiae que reliquæ absumantur. Si verò hæc,
& similia omnia, incassum adhibeantur, ad sinapismos,
imò sartaginem carentem, multoties capiti, ad capillo-
rum adustionem usque, secundum Rbasem, aut ferrum,
candens, futuræ coronali, & infra occipitum, secundum
Avicennam, admovendum; Embrochas etiam, aquas arden-
tes, Vesicatoria brachiorum, pedum & syncipitis, acce-
dendum. Nec non omni studio allaborandum, ut ma-
teria ex basiscerbri ad alterutram medullæ spinalis par-
tem transferatur, apoplexia in paraplegiam abeat, aut fe-
bris ardens excitetur, quorum prius calidiorum oleorum, ad
partes paralyssi magis obnoxias, applicatione, posterius,
confectionis Anacardina cum hydromelite, vel alio vehi- Apoplexi-
cu-

culo accommodato, propinatioē, obtineri poterit.

XVI. Quod, si melancholia, apoplexiæ genetrix, cādem methodo procedendum, phlegmagogorumque loco saltem melanagogia substituenda, & alia, supra, de præservatione apoplexiæ melancholicæ posita, obser-vanda.

XVII. Tandem, *Diatam* quod concernit, justa præ-scribatur: injungatur eligi (in genere hæc dicuntur) aër siccus, & ad calidum magis, quam frigidum inclinans, cibi boni succi, concoctionis facilis, carnes assæ potius quam elixæ, salviâ, majoranâ, roremarino, pipere, caryophyll. cinnam. nuc. mosch. & aliis condidiendæ; panis item bene fermentatus, levis, spongiosus, probè coctus, semini-bus anisi, carui, &c. inspersus, in mensas veniat. Bonæ ce-revisiæ & vini bimi, trimi, moderatus potus conceda-tur, post epulas pulveres, quos dicunt, peptici, ex semin. fænic. anis. carv. cumin. coriandr. acet. præp. cinnam. ros. rub. mastich. galang. & simil. parati, locum habent; qui etiam ante coenam & prandium incassum non adhibentur. Corporis motus, vacuo stomacho, & ventre, paulò ve-hementior fieri, somnus ultra 7. horas non continuari, pedes, crura & brachia manè in lecto diligenter fricari, alvus, nisi per se respondeat, subinde sollicitari, Venus in totum, & alii vehementes affectus, evitari debent.

XIX. Instandum autem est curationi semel inceptæ pertinaciter, auxiliorum materiis, tam in genere quam in specie, indicatis, non modò mitioribus, sed & vehe-mentioribus, imò juxta illud Hipp. i. aphor. 6. ès mē ex aca-rospicatu aī ex aca-rospicatu, ès aca-rospicatu.

XIX. Quomodo verò post paroxysmum ad natu-ralem statum paulatim reducatur æger, & in illo con-stitutos debet reuersus methodo hæc. Autem, secundū methodo consenser-ia, ceterum etiam consenserunt & sunt Disputationes Medicæ. Quod magis conser-va etiam tractatio (Disputationis) noster alius est, quem Universalius illa est, ut ad interiora particularia accommodatio. Reservante i. Alia et priuia (nam in Disputatione medicæ ordinè recte) ab aliis tractatio-

servetur, forma diætæ, ex mōrbis gravissimis revalescentibus debitæ, explanabit.

Et hæc etiam de Curatione. Quæ omnia, si quis in Apollinis castris militans, novit, & secundum illa actiones suas, cum horrendo Apoplexiæ monstro, quod nullus, *Non oblitus
quod sit pa-
netur e. y.
mo in igit
non a pate-
intervale d
Dab. Dab
inclusum
ad mortem a
majori op* Myrmidonum Dolopum ve aut duri miles Ulyssis, siccis oculis in miserum sui hospitem unquam aspiciet saeviens, sive avertendo, sive ejicendo, manus conserturus, prudenter insituit, is procul dubio, omnium, sine præconceptæ opinionis glaucomate aspicientium, sine malitiosa invidia fascinatione, judicantium, sine affectuum aliorum vinculo, liberè pronunciantium, testimonio, se se *iatræ* cujusdam adinstat, benignum & admirabilem exhibebit, proindeque unâ cum Arte suâ, nullis opprobriis, nullis calumniis proscindendus, sed potius omnimodo infucati favoris genere, duplicitique honore dignus, ad cœlum evehendus erit Homeriano illo:

'Ιητὸς ὁδὸς οὐνοματεῖσι οὐλῶν.
Sed ne disputatio in volumen excrescat, ulterius verborum procedere sit religio. Si quid caussarum, differentiarum, signorum, indicatorum auxiliarum, materiarumve, aut earum præparationum, videatur prætermissum, Practicorum evolutio supplebit copiosè, ego digitum saltem intendi, & hec pedem figo.

Tibi verò, Deo Uni & Trino, soli, omniscienci, omnipotenti, omnisiapienti, optimo, clementissimo, benignissimo, ter maximo, nunquara satis admirando, nunquam satis celebrando, quinon solùm vastissimum & splendidissimum *μυκένθεσμον*, cœli & terræ, omniumque in iis contentorum, multiforme theatrum, tam admirabili artificio condidisti, numeris omnibus, tam plenè & planè, ut nihil non valde bonum in iis sit, absolvisti, sed & nobis, *μυκένθεσμον*, *μυκένθεσμον* compendio, ad tuam ipsius imaginem creatis, pulcherrimoque corpore organico, & anima rationali, omnibusque inde fluentibus potentiss, facultatibus & artibus, tam liberaliter, copiosè & magnificè instructis, in illo commodum peregrinandi iter, commorandi diversorum, creden-

debetis vero, in ineffabili & imperficiabili beatorum sede,
luce illâ inaccessible, politum sempiternum, patrem credisti,
Tibi, inquam, DEO UNI TRINO, PATER, FILI, & SPI-
TUS SANCTE! pro concessis omnibus & singulis, sit laus
honor, gloria & gratiarum actio! Te insuper sublatis oculis &
animis, complicatis manibus, precarut supplices, miserere tan-
dem, Ecclesie tuz militantis, nunc omnium gentium spolii, co-
herce Martis acinacem, satis diu & dñe illam percutientem, clau-
de Bellone portas, resera aurea pacis valvas, reduc alcedonia
choris, fortis, scholis, & pro clementia tuâ infinita, appîra, ^{et} eo
tandem aliquando completo, nos omnes, TUOS, in ecclœstem
induc Patriam, ut Te cum omnibus sanctis mentibus possimus
admirari, reddire, laudare, celebrare, & nunc, & in ini-
finitis seculorum seculis!







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729708616/phys_0047](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729708616/phys_0047)

DFG

Post deportationem ægri in liberum ædem collocationem, aq. apoplectica, vel aetiendi vim habens, infundatur: & si ab opico poplexia est oriunda, in primis acetum al succus limonum, citriorum, berberum, spiritus uilia acida & vitriolata propinentur; narita, castoreum, aceto mafacta, vel olea, & balæta, nec non ptarmica, admoveantur. Si aut spiritu vini, cæteris paribus, ilicò vomox Lac caprinum, & emulsio ex amygd. melon. cum aq. hordei exhibeatur. Sin verò vis humoribus, in corpore natis, fiat; convenientibus pharmacis evacuetur, dantis & recipientis ratio habeatur.

XI. Si à calvariâ depressâ, aut fractâ, instrumentis aliis (*τρυπίνω αεράτισθ*, prius diο *Φλάση* seu contusionis, aut si mavis foranda) retrahatur & elevetur, & alia i-

cialia, apud Practicos, multis proposita, ui XII. Si à sanguine extra vasa effuso, & nimius sanguinis affluxus impediatur, vacuationis & derivationis causâ, venæ f. lenguæ aperiantur, quodque evacuari hincquit, fomentis, cataplas. Emplastris. cerotis, gumm. heder. & aliis, discutiatur, &, quod terea sanetur.

XIII. Siverò à sanguine, intra vasa ad sanguis, quia heic principalis caussæ ratione beraliùs in hac, quam in aliis apoplexiæ virium tamen tolerantia, non astatim, nos sed reiteratis vicibus, tribus, quatuorve,

E 2



the scale towards document